Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35047
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Februarius

m n p q r s t u ꝑ ꝓ
20 1 2 3 4 5 6 7 8 9
ꝯ ꝰ ꝱ ꝲ ꝳ ꝴ ꝵ ꝶ ꝷ ꝸ
10 11 12 13 1 1 1 1 1 1

Natalis beati onesimi de quo sanctus paulus apostolus ad philemonem scribit; quem etiam post sanctum timotheum ephesiorum episcopum ordinauit; predicationisque verbum illi commisit. Hic vinctus romam perductus: ac pro fide christi lapidatus; primum ibi sepultus est. inde ad locum vbi episcopus fuerat ordinatus; corpus eius delatum est. Romis in campania translatio sancte iuliane virginis et martyris; que in comedie sub maximiano imperatore primum a patre suo africano grauiter cesa. deinde ab emilio prefecto cum nubere recusaret: varie cruciata. et post modum in carcerem detrusa. ibi palam cum diabolo

o conflixit